



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 25. Communi consensu utriusque Ecclesiæ unio stabilita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

tior, & illis, & ferendo sententiam dico; i-
 stam præpositionem, PER, dare Filio caus-
 salitatem Spiritus Sancti, & amplector u-
 nionem & communionem eorum. Omnes ean-
 dem sententiam amplectebantur profiten-
 tes: Quod Spiritus Sanctus procedat ex
 Patre & Filio, ut ab uno principio & una
 substantia: & procedat per Filium ut con-
 naturalem & consubstantialem ex Pa-
 tre; & ex Filio, ut per unicam spiratio-
 nem & productionem. Solus Marcus E-
 phesinus contumax perstitit, ac proces-
 sionem Spiritus Sancti a Patre & Filio
 perfricta fronte pernegans, concordiaë a
 confratribus suis jamjam conclusæ accede-
 re renuit; quæ ejus pertinacia, quo diu-
 turnior erat, eo graviores turbas, Marco
 Constantinopolim redeunte, suscitavit.

Sæcul. XV.
 A. C. 1439.

§. XXV.

*Communi consensu utriusque Ecclesiæ
 unio stabilita.*

Die quinta mensis Junii hæc fidei de-
 finitio in scripturam redacta est, cu-
 jus tria exemplaria confecta fuere, quo-
 rum unum ad Pontificem, alterum ad Im-
 peratorem, tertium denique ad Patriar-
 cham Constantinopolitanum destinaba-
 tur, postera die sexta ejusdem mensis
 primum ad Eugenium & Cardinales per-
 venit, qui illud gratum, ratumque ha-
 buerunt.

F f 2

Secul. XV. buerunt, decretumque, ut illico decem
A.C. 1439. Viri utrinque deligerentur, huic professio-
 ni ultimam applicaturi manum; suboc-
 ta enim erant ob vocem *Per*, nonnulla
 dubia, brevi tamen sublata, ubi Græci
 hac super re mentem suam apertius in-
 dicarunt, quæ eorum *declaratio* unanimi
 Latinorum consensu acceptata fuit. I-
 gitur scripta hæc formula a Græcis, La-
 tinisque approbata, die octava ejusdem
 mensis Junii Græco-Latino sermone con-
 cepta, palam perlecta est, cunctis utrius-
 que partis festive applaudentibus, ac
 cum ingenti communis gaudii significa-
 tione in pacis oscula, necnon in mutuis
 amplexus ruentibus.

§. XXVI.

*De reliquis articulis Græcos inter &
 Latinos controversis actum.*

Acta Græca Postridie delecti sunt Metropolitanæ, Rhin-
Conc. Flor. tenus, Nicænus, Trapezuntinus, &
p. 490. to. 13. Mitylenensis, qui summum Pontificem
Conc. Labbe adirent, ac communis concordie nun-
 cium deferrent, quibus Papa respondit,
Nos Dei beneficio sumus conjuncti, & con-
venimus in præcipuo dogmate, de quo am-
bigebatur, & nihil est, quod amplius de eo
dicamus. Age nunc de Purgatorio quo-
que igne, & Principatu primæ Sedis, & de
fermentato & azymo, deque divino sacrifi-